

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pusillanimitas d  
cum uariis

Remissio que os prelati obstruit, que mentem eius deicit, que adulatorem et uenditorem olei facit, dum sibi quietem et honorificenciam uenatur in fauore principum, hec miseros precipitat in foueam scandalorum. Hec est remissio per quam unus edificat parietem et alias limit, per quam laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicetur; per hanc canes muti inualentes, immo non uolentes, latrare; per consensus uniformitatem, faciem et similitudinem peccatoris assumunt, sicut scriptum est: Vsquequo iudicatis iniquitatem et faciem peccatoris sumitis?

Petrus Rauennas in quadam epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

quietem] quinetem (*cor. sub lin.*) M; fauore] fauorem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; benedicitur] immo add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; inualentes] non valentes P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; immo non uolentes *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; peccatoris] peccatorum P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; faciem peccatoris] facies peccatorum P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sumitis *om.* B C; Rauennas] Chrysoloras V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>